

**Římský a český král Karel IV. potvrzuje a doplňuje listinu, kterou Fridrich Sicilský vymezil práva a povinnosti Přemysla Otakara a jeho nástupců k říši.**

Praha, 7. duben 1348

ACRB II, s. 43–47, č. 51.

*Karolus dei gratia Romanorum rex semper augustus et Boemie rex ad perpetuam rei memoriam.*

*Innata cordi nostro benignitas, circa fidelium et devotorum nostrorum honores et comoda continuis intenta vigiliis, votis ipsorum annuere iugiter nos inducit, quociens poscentium vox est iusta; in hoc enim liberalitatis nostre non errat intentio, sed regalis sceptri fastigium extollere salubriter arbitratur.*

*Sane ad nostre celsitudinis venerabiles .. archiepiscopus Pragensis, Olomucensis, Wratislaviensis et Luthomuschelensis episcopi, nec non illustres Johannes Karinthie comesque Tyrolis et Goritie, germanus noster karissimus, ac Nicolaus Opavie et Ratyborie duces ceterique prelati, duces, principes, barones, proceres et nobiles regni nostri Boemie et pertinentiarum eiusdem presentiam accedentes, nobis humiliter supplicarunt, ut quasdam litteras Friderici divi Romanorum imperatoris electi, predecessoris nostri, nobis per ipsos exhibitas, quarum tenor et series sequitur in hec verba:*

*Fredericus divina favente clementia Romanorum imperator electus et semper augustus, rex Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue. Cum decor et potestas imperii nostrum precesserit statum, ut non solum ceterorum principum dignitates, verum etiam scepra regalia a nostra conferantur maiestate, gloriosum reputamus ac magnificum, quod in tanto nostre largitatis beneficio et aliis crescit regie dignitatis augmentum, nec ob hoc eminentia nostra aliquod patitur detrimentum. Inde est, quod nos attendentes preclara devotionis obsequia, que universa Boemorum gens ab antiquo tempore Romano exhibuit imperio tam fideliter quam devote, et quod illustris rex eorum Ottacharus a primo inter alios principes specialiter pre ceteris in imperatorem nos elegit et nostre electionis perseverantie*

Karel, z boží milosti král Římanů vždy rozmnožitel říše a český král na věčnou paměť věci.

Našemu srdci vrozený a laskavý vztah k poctám a výhodám pro naše věrné a oddané, nepřetržitě bdělá a pozorná, nás soustavně vybízí, abychom jejich přání přitakali, kdykoliv hlas žadatelů zaznívá oprávněně; neboť naše štědrá vůle se tím nedopouští chyby, nýbrž, jak se domnívá, blahodárně pozvedá vznešenost královského žezla. A tak ctihodní .. arcibiskup pražský, biskupové olomoucký, vratislavský a litomyšlský a rovněž slavní Jan Korutanský, hrabě tyrolský a gorický, náš nejdražší bratr, a Mikuláš Opavský a Ratibořský, knížata a ostatní duchovní, vévodové, knížata, pánové, velmoži a urození z našeho českého království a příslušných zemí, předstoupili před nás a pokorně nás poprosili, abychom uznali za hodné potvrdit na základě naší královské moci listinu Fridricha zvoleného svatým římským císařem, našeho předchůdce, kterou nám předložili, jejíž obsah a dikce jsou zachyceny v následujících slovech:

Fridrich, z boží milosti a přízně designovaný císař Římanů, vždy rozmnožitel říše, král sicilský, vévoda apulský a kníže kapujský. Protože ozdoba a moc císařská předchází náš stav, že nejen hodnosti ostatních knížat, nýbrž i královská žezla uděluje náš majestát, pokládáme za slavnou a velikou věc, že v tak velikém dobrodiní naší štědrosti i jiným vzrůstá rozmnožení královské důstojnosti a že tím naše vznešenost netrpí nijakou újmu. Proto my po přihlédnutí k přeslavným službám oddanosti, které veškerý lid český od dávného času věrně a oddaně prokazoval císařství římskému a že jasný král jejich Otakar od začátku mezi jinými knížaty zvláště před ostatními nás vyvolil císařem a při naší volbě ustavičně a užitečně setrval, jako náš milý strýc blahé paměti král Filip po radě knížat svým privilegiem ustanovil, také my jej

*diligenter et utiliter astiterit, sicut dilectus patruus noster pie memorie rex Philippus omnium principum habito consilio per suum privilegium instituit, ipsum regem constituimus et confirmamus et tam sanctam et dignam constitutionem approbamus regnumque Boemie liberaliter et absque omni pecunie exactione et consueta curie nostre iusticia sibi suisque successoribus in perpetuum concedimus, volentes, ut quicumque ab ipsis in regem electus fuerit, ad nos vel successores nostros accedat, regalia debito modo recepturus. Omnes etiam terminos, qui predicto regno attinere videntur, quocumque modo alienati sint, ei et successoribus suis possidendos indulgemus. Ius quoque et auctoritatem investiendi episcopos regni sui integraliter sibi et heredibus suis concedimus ita tamen, quod ipsi ea gaudeant libertate et securitate, quam a nostris predecessoribus habere consueverunt. De nostre autem liberalitatis munificentia statuimus, quod illustris rex predictus vel heredes sui ad nullam curiam nostram venire teneantur, nisi quam nos apud Babenberc vel Nurenberc celebrandam indixerimus, vel si apud Merseburc curiam celebrare decreverimus, ipsi sic venire teneantur, quod si dux Polonie vocatus accesserit, ipsi ducatum prestare debeant, sicut antecessores sui, quondam Boemie reges, facere consueverunt, sic tamen, ut spatium sex eddomadarum veniendi ad predictas curias eis ante prefigatur. Salvo tamen, quod, si nos vel successores nostros Rome coronari contigerit, ipsius predicti regis Ottacheri vel successorum suorum relinquimus arbitrio, utrum ipsi trecentos armatos nobis transmittant vel trecentas marchas persolvant. Ad huius autem constitutionis et confirmationis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum presens privilegium per manus Henrici de Parisius notarii et fidelis nostri scribi et bulla nostra aurea iussimus communiri anno, mense et indictione subscriptis. Huius rei testes sunt isti: archiepiscopus Barensis, episcopus Tridentinus, episcopus Basiliensis, episcopus Constantiensis, episcopus Curiensis, abbas Augensis, abbas Sancti*

králem ustanovujeme a potvrzujeme a tak posvátné a důstojné ustanovení schvalujeme a království české štědře a beze všeho vymáhání peněz i obvyklé spravedlnosti našeho dvora jemu a jeho nástupcům na věky propůjčujeme, chtějíce, aby kdokoliv z nich bude zvolen králem, k nám nebo našim nástupcům přijel a náležitým způsobem odznaky královské přijal. Také povolujeme, aby on a jeho nástupcové drželi všechny hranice, které patří zmíněnému království, ať již by byly jakkoliv odcizeny. Také jemu a jeho dědicům úplně povolujeme právo a moc uvádět v úřad biskupy jeho království, ale tak, aby se těšili té svobodě a bezpečnosti, kterou mívali od našich předchůdců. Ustanovujeme pak z nadbytku naší štědrosti, že řečený jasný král nebo jeho dědicové nejsou povinni účastí na žádném našem sněmu, s výjimkou těch, které bychom svolali do Bamberku nebo Norimberku. Pokud bychom nařídili držet sněm v Merseburku, jen tehdy jsou povinni přijít, jestliže kníže polský jsa pozván, přijde, mají mu dát doprovod, jako někdy jejich předchůdcové, králové čeští činívali, ale tak, aby jim napřed byla určena lhůta šesti neděl k návštěvě řečených sněmů. S tou však výhradou, kdybychom my nebo naši nástupcové byli v Římě korunováni, ponecháváme na vůli řečeného Otakara nebo jeho nástupců, aby k nám poslal tři sta ozbrojenců nebo vyplatil tři sta marek. K trvalé paměti a moci tohoto našeho ustanovení a potvrzení poručili jsme toto privilegium sepsati rukou Jindřicha de Parisius, notáře a věrného našeho a zlatou bulou naší stvrditi roku, měsíce a indikce níže psaných. Této věci svědkové jsou tyto: arcibiskup z Bari, biskup tridentský, biskup basilejský, biskup kostnický, biskup churský, opat reichenauský, opat svatohavelský, opat weisemburský, Berthold z Neuffen, protonotář naší královské kanceláře, hrabě Oldřich z Kyburku, hrabě Rudolf z Habsburku a lantkrabě alsaský, hrabata Ludvík a Heřman z Froburku, hrabě Werner z Hohenburku, urozený Arnold z Wart, Rudolf fojt z Raprechtsweileru, Rudolf z Ramensberku, Albero z Tanhausu komorník a mnoho jiných velmožů a urozených a

*Galli, abbas de Wiceburc, Bertoldus de Nifphe regalis curie prothonotarius, comes Ulicus de Chiburc, comes Rudolfus de Habechesburc et langravius de Alsatia, comites Loduicus et Hermannus de Froburc, comes Warnerus de Hohenburc, Arnoldus nobilis de Wart, Rodulfus advocatus de Raprehteshiwilare Rodulfus de Ramensberc, Albero de Tanehuse camerarius et alii quam plures magnates et nobiles et liberi, quorum testimonio hoc privilegium constat esse confirmatum. Acta sunt hec anno Dominice incarnationis millesimo ducesimo duodecimo, mense Septenbris, quintedecime indictionis, regni vero domini nostri Frederici illustrissimi Romanorum imperatoris electi et semper augusti, regis Sicilie, quintodecimo. Datum in nobili civitate Basilea per manus Ulicici viceprothonotarii sexto Kalendas Octobris feliciter amen.*

*nostra confirmare auctoritate regia dignaremur. Nos utique prefatorum prelatorum, ducum, principum, baronum, procerum et nobilium, quos honoris et felicitatis status Romani regni et sacri imperii fideles et sollicitos pre ceteris novimus zelatores ipsumque regnum Boemie Romani regni membrum fore nobilium, supplicationibus benignius inclinati, prefatas litteras ac omnia et singula contenta in eiusdem laudamus, ratificamus, approbamus, confirmamus et de novo ex certa scientia de nostre Romane regie plenitudine potestatis prefatis regno,.. prelatibus,.. ducibus,.. principibus,.. baronibus, proceribus et nobilibus ac universitati regni ipsius et pertinentiarum eiusdem ad usum et opus regum Boemie imperpetuum damus, tenore presentium conferimus et donamus, omnem diminucionem et defectum, si quis in premissis fuerit, de uberiori dono maiestatis Romane regie et plenitudine potestatis reparantes omnimode et suppletentes. Veruntamen, si circa contenta in prefatis litteris nonnulli calumpniari aut ea interpretari sinistre seu in sensum reprobum declarare, ymmo verius obscurari forsitan niterentur, ad tollendum de medio omne dubium vel obscurum, quibus dictarum series aspergitur litterarum, ut regni Boemie prefati ipsiusque incolarum status in sincera*

svobodných, jejichž svědectvím je toto privilegium potvrzeno. Stalo se léta od vtělení Páně tisícího dvoustého dvanáctého, v měsíci září, v patnácté indikci, království však pána našeho Fridricha nejjasnějšího vyvoleného císaře Římanů a vždy rozmnožitele říše, krále sicilského roku patnáctého. Dáno ve vznešeném městě Basileji rukou Oldřicha místoprotonotáře šestých kalend říjnových šťastně amen.

Jistěže jsme s velkou laskavostí naklonění prosbám řečených duchovních, vévodů, knížat, pánů, velmožů a urozených, neboť víme, že jsou nad jiné věrní, nadšení a horliví ochráncové cti a štěstí Římského království a svatého císařství. A protože v Římském království je království české článkem velmi vznešeným, onu listinu i všechny jednotlivosti v ní obsažené schvalujeme, činíme platnými, osvědčujeme a stvrzujeme a znovu je, s jasným úmyslem, na základě naší plné moci římského království řečenému království,.. duchovním,.. vévodům,.. knížatům,.. pánům, velmožům, urozeným a každému v onom království a jeho příslušenství, k užítku a potřebě českých králů navždy dáváme a obsahem listiny svěřujeme a dáváme, přitom veškerou neúplnost a nedostatečnost, vyskytnou-li se v uvedených věcech, na základě plné moci po všech stránkách vylepšujeme a doplňujeme, jako štědrý dar majestátu římského krále.

Kdyby se však někdo snažil obsah řečené listiny nějak překrucovat nebo mylně vykládat či v nepravém smyslu objasňovat nebo dokonce zcela zastírat, a abychom vše pochybné nebo nejasné, čím je obsah listiny zatížen, odstranili, aby řečené české království a jeho obyvatelé mohli žít v upřímné svornosti a lásce k říši, jež budou

*imperii dilectionis perseveret concordia et unitatem in vinculo pacis servet, ac incole dicti regni, hiis, que dissidentie materia possent esse temporibus profuturis, et animarum ac corporum inde nascituris periculis rerumque dispendiis proventuris sollerti preventionem, antequam ordiantur, tam prudenter quam salubriter precisis, tamquam mansueti terram hereditent et in pacis multitudine delectentur, electionem regis Boemie in casu dumtaxat et eventu, quibus de genelogia, progenie vel semine aut prosapia regali Boemie masculus vel femella superstes legitimus, quod deus avertat, nullus fuerit oriundus vel per quemcumque alium modum vacare contigerit dictum regnum, ad prelatos,.. duces,.. principes,.. barones, nobiles et communitatem regni prefati et pertinentiarum eiusdem, habita cum nonnullis regis Romanorum, futuri imperatoris, coelectoribus ac aliis principibus, qui tunc temporis nostre celsitudinis presentie assistebant, deliberatione matura ipsorumque sano digesti consilio volumus, decernimus, pronunciamus interpretamur et presentis scripti patrocinio declaramus rite, iuste et legitime imperpetuum pertinere ipsiusque regis Boemie electionem in casu et eventu predictis et non aliis prefatis.. prelatibus,.. ducibus,.. principibus,.. baronibus, nobilibus et communitati dicti regni et pertinentiarum eiusdem de nostra regie Romane plenitudine potestatis ac ex certa scientia damus, concedimus, conferimus et donamus dictamque electionem meliori, salubriori et saniori, quo potest modo fieri, confirmamus et transferimus in eosdem, volentes etiam, ut quicumque in regem Boemie electus fuerit, ad nos et successores nostros Romanorum reges et imperatores accedat, sua a nobis et successoribus nostris modo debito et solito regalia recepturus, non obstantibus legibus, consuetudinibus usibus, observanciis, iuribus municipalibus vel communibus, statutis seu edictis, factis et editis in contrarium, quibuscumque, quas et que, quantum ad hoc, ac si forent, nominatim et de verbo ad verbum scripta presentibus et inserta, revocamus, cassamus, irritamus, annullamus et de dicta Romane regie plenitudine potestatis*

uchovávat jednotu poutem míru, a aby obyvatelé řečeného království mohli dědit svou zemi v pokoji a těšit se z hojnosti dopřávané mírem, když to, co by v budoucích časech mohlo být příčinou neshod a mohlo by ohrožovat duše i těla, bude moudře a blahodárně odříznuto dřív, než by odtud vzešla škoda. A pro případ a okolnost, že z královského českého rodu, potomstva či semene nebo rodiny nevzejde žádný zákonný mužský či ženský potomek, což nechť Bůh nedopustí, nebo by země byla z libovolné jiné příčiny uvolněna, volba českého krále náleží duchovním,.. knížatům,.. vévodům,.. pánům, urozeným a celé obci řečeného království, což jsme pečlivě uvážili se spoluveliteli krále Římanů, budoucího císaře i s dalšími knížaty, která se v té době zdržovala v naší blízkosti. A když vycházíme z jejich rozumné a rozmyšlené rady, že v řečeném případě a za řečených okolností a ne jiných, volbu českého krále s jasným úmyslem dáváme, přiznáváme, svěřujeme a věnujeme řečeným.. duchovním,.. vévodům,.. knížatům,.. pánům, urozeným a celé obci řečeného království a jeho příslušenství, tuto volbu z plné své římské královské moci stvrzujeme a na ně přenášíme dobře, blahodárně a zdravě, jak je jen možné; a chceme, ať bude českým králem zvolen kdokoli, aby se dostavil k nám nebo našim nástupcům, králům Římanů a císařům, aby mohl od nás a našich nástupců řádným a obvyklým způsobem přijmout odznaky království a nemohou tomu bránit různé zákony, zvyklosti, obyčeje, pravidla, práva městská či zvyková, statuta či výnosy, učiněné a vydané v opačném smyslu, ať jsou ve prospěch kohokoli a ať jsou libovolného znění a nakolik se budou protivit a mohou být psány slovo proti slovu této listiny nebo do ní vkládány, odvoláváme, zbavujeme účinnosti, činíme neplatnými a rušíme a na základě řečené plné římské moci rozhodujeme, že nemají naprosto žádnou sílu či důležitost. Nadto chceme, aby vstoupilo ve známost obecnou i jednotlivou, že řečená listina je opatřena zlatou bulou v majestátním zhotovení řečeného Fridricha, zvoleného císaře Římanů, kterou užíval jako král Sicílie, vévoda apulský a kníže kapujský před

*decernimus firmitatis fore nullius penitus vel momenti.*

*Insuper ad universorum et singulorum cupimus notitiam pervenire, quod predictae littere bulla aurea typario maiestatis prefati Friderici Romanorum imperatoris electi impressa, qua ipse .. rex Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue ante coronationis regni Romani sollempnia utebatur, prout nobis constat et sumus plenarie informati, et sicuti gloriose memorie Henricus avus noster condam Romanorum imperator sigillo comitatus Lucemburgensis et ceteri divi Romanorum electi, predecessores nostri, suorum tytulorum nosque etiam marchionatus Moravie sigillo ante ipsorum et nostre coronationis sollempnitatem usi fuimus, in cuius bulle auree circumferentia a parte maiestatis scripta sunt verba ista: „Fridericus dei gratia Sicilie rex, ducatus Apulie et principatus Capue“ et ab alia parte, ubi est impressio cuiusdam castri: „Christus vincit, Christus regnat, Christus imperat“, existunt sane et integre omni carentes vicio communitate.*

*Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre laudacionis, ratificationis, approbacionis, confirmationis, donacionis, reparationis, supplementi, interpretationis, declarationis, revocationis, cassacionis, irritationis et annullationis paginam infringere vel ei ausu temerario in aliquo contraire. Contrarium vero facientes, si qui fuerint, quod absit, ultra indignationem nostre celsitudinis Romane, quam ob hoc se noverint graviter incursum, mille marchas auri puro nostro et Romani regni fisco componant, ipsarum videlicet medietatem nostre et successorum nostrorum, Romanorum regum et imperatorum, curie seu camere et reliquiam passis iniuriam irremissibiliter applicandum. In quorum omnium testimonium et ad certitudinem pleniorum presentes fieri iussimus et bulla aurea typario nostre maiestatis impressa precipimus communitate.*

*Huius rei testes sunt Gerlacus archiepiscopus Maguntinensis, sacri imperii per Germaniam archicancellarius, Rudolphus senior dux Saxonie, sacri imperii mareschalcus,*

korunovací králem římským, stejně jako je známo a jak jsme byli zpraveni, že náš děd Jindřich, slavné paměti, kdysi císař Římanů, užíval pečeť lucemburského hrabství a jako další svatí římsští zvolenci, naši předchůdcové užívali a jak jsme my před slavnou korunovací užívali pečeti markrabství moravského. Na majestátní straně zlaté buly jsou po obvodu vepsána tato slova „Fridrich, z boží milosti král Sicílie, vévoda apulský a kníže kapujský“, z druhé strany, kde je vyobrazen jakýsi hrad, „Kristus vítězí, Kristus kraluje, Kristus vládne“, a že se dochovala v pořádku, úplnosti a bez všeho poškození. Žádnému člověku není dovoleno porušovat toto naše schválení, osvědčení, stvrzení, darování, odškodnění, doplnění, objasnění, dovolání, zneplatnění a zrušení nebo se mu z nerozvážnosti protivit. Kdo by učinil opak, vyskytnou-li se takoví, což ať se nestane, stihne je rozhořčení naší římské výsosti a vedle toho složí tisíc marek čistého zlata do pokladny naší a římského království. Polovina necht' nenávratně náleží dvoru či komoře naší nebo našich nástupců, římských králů a císařů, druhá necht' připadne těm, kdo utrpěli křivdu. Na důkaz a pro větší jistotu jsme přikázali zhotovit tuto listinu, kterou jsme přikázali opatřit zlatou bulou v majestátu. Svědky této věci jsou Gerlach, arcibiskup mohučský, arcikanceléře Svaté říše pro Německo, Rudolf starší, vévoda saský, maršálek svaté říše, Rudolf mladší saský, a Fridrich z Tecku, vévodové, Jan, purkrabí norimberský, Ulrich, lantkrabě z Leuchtenberku, Fridrich z Orlamünde, Ulrich z Helfensteinu a Rudolf z Wertheimu, hrabata, Petr z Hewen, Kraft z Hohenlohe, Gotfrid z Bruneku, Eberhard z Wallsee, Fridrich z Wallsee, Eglof z Friberku a Burchard z Ellerbachu, knížata a pánové řečeného římského království. Dáno v Praze léta Páně tisícího třístého čtyřicátého osmého, v první indikci, o sedmých idách dubnových, v druhém roce našich království.

*Rudolphus iunior Saxonie et Fridericus de  
Deck duces, Johannes purggravius  
Nurembergensis, Ulricus langgravius de  
Lyngkemberg, Friedricus de Orlemund,  
Ulricus de Helfenstein et Rudolphus de  
Wertheim comites, Petrus de Hewy, Crafto de  
Hoenloch, Gotfridus de Prunneck,  
Eberhardus de Waltse, Fridericus de Waltse,  
Eglolf de Friberg et Burchardus de Erlbach,  
Romani regni prefati principes et barones.  
Datum Prage anno Domini millesimo  
trecentesimo quadragesimo octavo, indictione  
prima, VII<sup>o</sup> Idus Aprilis, regnorum nostrorum  
anno secundo.*